Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



72

nocebo in veritate mea. Non eq; profana-
bo testamentũ meũ; et que procedunt
de labijs meis non facĩa irrita. Se-
mel iuraui in scto meo si dauid men-
tiar: semen eius in eternũ manebit.
Et tronus eius sicut sol in conspectu meo:
et sicut luna perfecta in eternũ et testis
in celo fidelis. Tu vero repulisti et de-
spexisti: distulisti xpm tuũ. Auertisti
testamentũ serui tui: profanasti in terra
sanctuariũ eius. Destruxisti omes sepes
eius: posuisti firmamentũ eius formidiẽ;
Diripuerunt eũ omnes transeuntes
viã: factus est obprobriũ vicinis suis.
Exaltasti dexterã deprimentiũ eum:
letificasti omes inimicos eius. Auertisti
adiutoriũ gladij eius; et non es auxilia-
tus ei in bello. Destruxisti eũ ab emũ-
dacdẽ; et sedẽ eius in terra collisisti. Mi-
norasti dies temporis eius: perfudisti
eũ confusione. Usq; quo dne auertis in
finẽ: exardescet sicut ignis ira tua:
Memorare que mea substancia: nũq;
enim vane constituisti omnes filios hom.